

HBP Kielce

hww. 731

OLYMPIADIS

TRAGŒDIA,

SUB FAUSTISSIMIS AUSPICIIS

ILLUSTRISSIMI ET ECCELLENTISSIMI COMITIS

De

BRÜHL

Liberi Baronis de Forste, & de Pfoerthen, Equitis
Ordinum Aquilæ Albæ, S. Andreae, & Aquilæ
Nigræ: Intimi à Consiliis Status Ministri: Supre-
mi Regiæ Supellectilis, & Ærarii Præfecti &c. Peditū
Exercitus Generalis, Nec non Unius Legionis Sa-
cræ Regiæ Poloniarum Majestatis, & Electoris
Saxoniae Colonell. &c. &c.

AB ILLUSTRISSIMIS CONVICTORIBUS

Collegij Varsaviensis

CLERICORUM REGULARIUM

ACTA

KSIEGOZBIÓR

SANCYŃSKI.

Feriis Bacchanalibus Anno 1744.

DEM BOWSKI

Kasztelan Czechowski,

HBP Kielce
mw 731

ILLUSTRISSIMO ET ECCELLEN-
TISSIMO COMITI

De

B R Ü H L

Libero Baroni de Forste & de Pfoerthen
&c. &c.

Antonius Maria Portalupi Clericus Regularis

F. D.

Perexiguum Nominis opus Qui in publicam lucem
edit, exterum, cum proprio caret, ornamentum ei,
atq; splendorem adsciscere, consuevit: Id omnes,
ego potissimum facio, dum Tuo Immortali Nomini, EC-
CELLENTISSIME DOMINE, hanc *Olympiadis* Tragœ-
diam inscribo. Jam de primò ejus ortu non loquor. Nata
quidem mirabili ingenio, & incredibili ubivis gentium
applausu suscepta, Tibi sistere non erubesceret, si propriâ
formâ, veteriq; suæ sub originis habitu iterum produce-
retur. At in Latium reducta, & novis ut ità dicam,
A2 defor.

deformata vestibus, Tuos supplex ad Pedes accidit, ut
quidquid venustatis, atq; nitoris hac translatione deperdi-
dit, Tuo Patrocinio recuperet. Nec vana cedit Fiducia.
Benè novimus, & quantæ Humanitatis es, ut Accedentium
vota suscipias, & quantæ Claritatis, ut quos susceperis sin-
gulari Tuæ Amplitudinis Luce perfundas, atq; illustres.
Nihil hic de Summa, atq; Antiquissima, Tui Generis aut
Nobilitate, aut Dignitate dicam: Nihil de Meritissima Cu-
mulatissimaq; Honorum, Munerumq; Accessione, in quâ ali-
ud nil reperis jucundius, quâ quod habes, unde Plurimos
juves: Nihil de toto illo Genere Bonorum, quod ita Tuū
est, ut & aliorum sit. Illud unum pace Tua præterire mi-
nimè possum, quod & Tibi totum peculiare est, & in cau-
sâ mihi fuit, cur *Olympiadem* præ cæteris Celebritati Tuæ
legerim nuncupandam. Inusitatum ea præfert Generosæ
Fidelitatis Exemplar. Offero ergo in ipsâ Imaginem Tui.
Scimus qualis per omne tempus constiterit in SERENISSI-
MAM REGALEM SAXONICAM DOMUM Fides Tua Huic à
primis annis addictus, tot ac talia posuisti Inviçtæ, Magna-
nimæ Integritatis Monumenta, ut non mediocre Illa rebus
Suis in Tè Præsidium collocatum esse senserit & compro-
barit. Enimverò quantum Tibi Se, & Sua credidit Invi-
ctissimus AUGUSTUS II. Felicis Recordationis REX, cum
in omnibus rara quadam, & exquisita cognitione, tum mi-
ro in pernoscentis Hominum ingeniis acumine, & acerrimo
in ponderandis cujusq; meritis judicio præditus? Ejus Tu
imaturus adhuc annis, sed mentis, & consilii maturitate
plenus

plenus, Colloquio ac Familiaritate fruebaris omnium gravissimorum negotiorum particeps factus; Quantum, QUI immortalibus Virtutibus, & Regno SUCCESSOR nunc ita regnat, ut nil magis ad Gloriæ suæ Complementum, ad Felicitatis nostræ Cumulum, ad Quorumcumq; hujus Potentissimi Regni Ordinum Commodum, atq; Utilitatem optandum esse videatur, quam ut æternum Regnet? Te Socium in lætis adhibet, Te Solatium in arctis, Te Juvamen in asperis, in Te acquiescit, in Te, ut paucis omnia complectar, Mens est Regis tota. Quare habes, de quo Tibi maximè gratuleris, dùm Priscæ Fidei illustria Documenta ob oculos subiecta vides. Libeat igitur Incomparabili Humanitati Tuæ, ECCELLENTISSIME DOMINE, in tutelam accipere Oppellam hanc, meq; cum illa, totamq; Academiam nostram, quam ad Fidelitatem Sui Principis, ad Amorem Patriæ, ad Decus & Ornamentum, si licet tantum audere, Universi Regni instituendam suscepimus. Parva est, sed lecta Nobilium Corona, quā si Tuo Patrocinio, Tuisq; Beneficiis sustentare, atq; fovere digneris, non dubito, quin multò plus splendoris, & Nobilitatis nacta, illud sub Gloriosissimis Auspiciis Tuis, quibus profectò neq; gratiores Umbras Oleis suis Pallas posset expetere, illud, inquam, facto probet, quod vehementer optat, & avet: Poloniæ non prorsus inutile fore Collegium nostrum. Faxint Superi diutissimè, ac felicissimè vivas, Qui Plurimorum vivis Felicitati. Vale.

Varavia Quinto Idus Januarij.

MDCCXLIV.

ARGU.

ARGUMENTUM.

CLyſtenes Sicyonidis Rex uno Partu gemina Prole auſus eſt Philinto & Ariſtea. Sed cum Delphorū oráculo pramonitus fuiſſet, ſibi a proprio Filio cavendum, quòd ei necè intentàſſet, illo juxta Apollinis monita expoſito, Hanc Alteram eduxit. Etate, ſimul & formà adoleverat Filia, cū ejus amore incenſus eſt Megacles Nobilis Adoleſcens Athenienſis, qui pluries Olympicis Viſtor extiterat. Is cum Regem, Athenienſi Genèri & Nomini accerrimè inſenſum, nunquam ad has Nuptias ſeclere potuiſſet, omni ſpe deniq; fractus, in Cretam ſeceſſit. Prædonibus ibi impetitus, & ſerè ad mortem fuſus, periculo expeditur a Licida, Regis Inſula credito Filio, Quem deindè ſuum ut Servatorem archiſſimo Amicitia fœdere proſequutus eſt. Iam verò Lycidas multum, diuq; Argenidem Illuſtrem Cretenſem Virginem adamarat, eiſq; ſuam tacitè Sponſi fidem obſtrinxerat; At ubi patuis eorum amor, imparis Connubij obnixus ſolutionem Cretenſis Rex, miſeram inſequens eò impulit Argenidem, ut Patriam deſcruerit, & transfuga in Elidis arva, ibi nomine Lycoridis & ſub habitu Paſtoritio latuerit ab ira Parentum, & Regis violentia ſecura. Concidit Lycidas ager, labefactus ſua ob Argenidis fugam; Quò factum, ut non multò poſt ad medendum aliquo ſolatio mœrorem, Elidem venire decreverit, & Olympicis adeſſe ludis, qui totius Græciæ Frequentia, & Celebritate ſingulis quadrienniis inſtaurabantur. Perrexit igitur, Megacle in Creta relicto, & ibi comperit Clyſtenem (qui certaminis electus Arbitr, Sicyone in Elidem pariter ſe contulerat) Propriam Filiam Ariſteam in præmium Viſtorie poſuiſſe. Conſpexit Lycidas inſolito ſupore Forma decus, ac
mox,

mox posthabitis, quos ante infelici successu foverat, amoribus
 nova exarsit face. Non aq̃ facilis autem conquirenda in Uxo-
 rem Regalis Virginis suppetebat modus, utpote qui in Atleti-
 cis agonibus penitus rudis, & inexpertus. Inscitia opposuit a-
 stutiam. Subiit menti, pluries Amicum simili pugna retulisse
 Coronam. Inscius ergo veteris amoris inter Megaclem, & A-
 risteam secum statuit, ipsum ad pralium, simulato Lycida no-
 mine, sufficere; Quare sollicitis, fervidisq̃ precibus e Creta ac-
 civit Megaclem, Qui Elidem non primum supervenit, quam cū
 impatiens Lycidas ejus adventum omnino desperaverat. Hinc i-
 nitium sumit tragica representatio, cujus ad exitum inventus
 prodit Philintus ille, quem Clystenes Pater, Oraculi minas me-
 tuens, dederat perimendum; Atq̃ eò sensim deducunt, inflā-
 mata Aristea Indignatio, invicta Megaclis Amicitia, Lycida in-
 stabili, ac furibundus Animus, & Generosa, ac Magnanima Fidi-
 ssima Argenidis Pietas.

Herod. Pausan. Nat. Com. &c.

Statuitur scena in Campis Elais prope Olympiā Urbem ad amnem
 Alphæi.

PER-

PERSONÆ IN PROLOGO.

Amicitia.

D. C. *Adam Podofski.*

Amor.

D. C. *Ignatius Vessel.*

TRAGŌDIAE.

Clysthenes.

Sicyonidis Rex, Parens Aristeæ.

D. C. *Theodorus Sierakowski.*

Aristea.

Filia Clystenis, Megacelis Amans

D. C. *Ioannes Debowski.*

Argenides.

Nobilis Virgo Cretensis sub habitu Pa-
storitio, & Nomine Lycoridis,
Lycidæ Amans.

D. C. *Nicolaus Debowski.*

Lycidas.

Regis Cretensis creditus Filius, Amans
Aristeæ, Megacelis Amicus.

D. C. *Florianus Rozwadowski.*

Megacles

Amans Aristeæ, Amicus Lycidæ.

D. C. *Adam Podofski.*

Amyntas.

Lycidæ Custos & Comes.

D. C. *Stephanus Debowski.*

Alcander.

Regi Intimus.

D. C. *Ioannes Czosnowski.*

Chorus.

Nympharum, atq; Pastorum.

Chorus.

Athletarum.

Chorus.

Sacerdotum.

PRO-

PROLOGUS.

AMICITIA & AMOR

Corā sistunt Fidelitatis Numine.

Amici: Dilectum satis. Non audio. Obstruo precibus
Aures *Amor.* Potens at tu fatigas aspera
Numen. *Amici:* Scio. Sed Alteri me debeo.
Hoc Numen, hæc Ara, mea cui dixi semel
Vota. Peream, si abducta alibi, desciscam ego:
Amor. Me refugis, ut puerum sequi? Puero tamen,
Subeat, tuam debere sortem. *Amici:* Ne putes,
Id excidat animis. Memoro nil me fore,
Ni dederis ortus, ni meam tu foveris
Vitam. Tua utinam staret ad finem fides,
Tenaxq; propositi maneres, nescius
Verti, sequax semper ego famularer tibi.
At si trahere quaquà lubet, semper premis,
Ignosce: Non ita levis, aut volubilis
Erro. *Amor.* Rudis, imperita rerum adhuc. Ego
Quà genius advocat, sequor, ubi me tenet,
Immoror: Abeo si abit. Uni in æternum semel
Se pectori vincire, sanè mentis est

B.

Impro-

Improvidæ, futura nil quæ prospicit.

Meliora semper superit

Eventus Ortu liber homo, quid compedes,

Quibus hæreat defixus, injicit sibi?

Amici: Ignota mihi fuere similia pectoris

Sensa. Alia sub Numinis ego

Fidelitatis imbibi schola. Semel

Ubi sacravimus fidem, irrevocabilis

Perstat. Animis nil genius instabilis potest,

Non ardor hostium, jubentium improba:

Non vultus instantis Tyranni, non opes,

Promissa, cruciatus, metus, vincula, minæ.

Si fractus illabatur Orbis, proterent,

Ferient ruinæ, immota sed stabit fides.

Liberi ita vivimus, minus quò subdimur

Genio. *Amor:* Sonora quidem moves dictu. Tui

At ubi sequaces Numinis, qui actu probent?

Amici: Ubi? Memorata per ora personant adhuc

Nomina: Megacles..... *Amor.* Mitte, mitte credulæ

Quæ posteræ Genti superba tradidit

Olim Vetustas. Vacua nunc squallent sine

Cultoribus limina Deæ.

Amici: Mentiris. HEROS unus integra fidei

Reduxit æva. Et ipse noscis: Inclytum

Astrisq̃, terrisq̃ instrepat nomen. Subit,

Ut Alma non prius enituit orbe SOBOLES,

Vario quòd assensu Dij Custodiam

Sibi

Sibi Vigiles, curamq, partiri volunt
NATI? Unus impar tanto erat operi Deus.
Interritos dedit animos Mavors potens:
Mentem per artes excoluit industria
Aonia Virgo: Innoxiam Astræa PUERI
Aptavit æquatæ manum lanci, labet
Ne pondere unquam dubio, odium quò flectere
Cogit, premitq, gratia,
Examine at æquo merita penset: GERMINIS
Instabilis Fortuna fixit Orbitæ
Pedem: Docuit, & culmine
Firmare vestigia gradu, fugacibus
Et dexteram tendere comis,
Suumq; sistere concitum per omnia
Cursum. Vigil adest, totq; Divûm Munerum
Prudentia cômnes regit usum. HUNC Juppiter;
Æterna ut Orbi fulgeat in UNO gravis
Concordia Boni, sistit HEROEM Deæ.
Collecta vovit ILLE Dona Numini
Cessura nunquam. Invaluit exemplo fides;
Cultum sequaces consecrant moti suum.
Tot, tantaq, negocia ferens, omnia suo
Fidelis exigit secundo Numine.
Amor. (Notâ loquitur. Genijs sed ego capi volo?
Non ducor exemplis.) Age, expedi; mihi
Garrere tecum, non opus, verbis. Veni.

Bz

Amici:

Amici: Absit. *Amor.* Negas? Ad arma me rapis *Ami:* Feri,
Percute, neea; Me perfidam facere nequis.
Amor: I ergo meis acta viribus, Potentie
Illude Amoris. *Amici:* Numen! Adsis! Sospita!

ACTUS PRIMUS.

SCENA I.

Lycidas & Amyntas.

Lyc: CONstitui, Amynta. Plus monita non perfero.

Amy: Ah tempera, Lycida, ferocis impetum
Animi; Morasq; disce semel intus pati.

Lyc: Cuj, quam mihi uni spem inde commitā meam?

Etiā Megacles me magis egentem sua

Sua Megacles destituit immemor ope.

I nunc, fidemq; Sodalibus credulus habe.

Amy: Quid arguis? Tandem hæc, ubi sumus, Elidis

Arva haud brevis seiungit a Creta via,

Qua mansit. Alatos neq; Megacles gerit

Pedes. Tuus fortasse segnis adfuit

Nuncius; iter vel tardat obeundum mare.

Sustine morus. Ad tempus aderit. Olympici

Indi-

ACTUS I.

Indicta post meridiem est certaminis
Hora. Modo vix albescit aurora Polus.

Lyc: Et manè qui palmis inhiat Olympicis,
Benè noris, astare premitur templo vigil.
Hic nomen, hic Patriam, Domusq; aperit genus;
Suamq; ad aram Numini obstringit fidem,
Nullis vastrū juvare praelium dolis.

Amy: Hæc nora. *Lyc:* Notum, ut quisq; prohibetur acie,
Qui serò ritum venit absolvere sacrum?
Petentium vides paratum ibi Pugilum
Agmen? Ager, audis? undiq; resultat sono
Pulsatus agresti Ergo quid moror insuper?

Quæ spes relicta? Quidve me manet ultimum?
Amy: Ecquid igitur tandem subit agendum tibi?

Lyc: Me simul, ut alij, Jovis ad aram sistere.

Amy: Quid inde? *Lyc:* simul audere, ut alij praelium.

Amy: Tu? *Lyc:* Ego ipse. Num me viribus facis imparē?

Amy: Hic nil valet vis quæq; dextera gladij.

Genus aliud belli. Nova studia, armaq;

Diversa petit. Ignota nobis Nomina

Cæstus, Palæstra, Discus; Artes sed alijs

Exercitæ diū. Manum ut primū inseris

Luctæ, manum te forsitan

Pigeret, inseruisse perperam. *Lyc:* Dato

Tempore Megacles præstò ubi stetisset mihi,

Lu

ACTUS

Luētans vices egisset expertus meas;
At si procul cunctat, quid integrum mihi?
Ut prius, Amynta, non quidem certat hodie;
Rudis Oleæ eniti coronam, Olympia.
Regalis Aristeia, Clystene celebri
Educta Proles, Munus est. Hæc Virginum;
Hæc Græciæ decus, & mei,
Quamvis recens, nunc unicus Pectoris amor:
Amy: Argenidem verò, quid? Animo obliteras?
Lyc: Argenidem pridem meis abditam oculis,
Non spero visurum amplius.

Alitur amor spe. Spe semel adempta perit.

Amy: Sed quam dedisti, sæpè iurasti, fides?

Lyc: Nosco. Hisce prætexis mihi moras nugis;
Id donec in vacuum fluat tempus. Vale.

Amy: Adesto. *Lyc:* Nò audio. *Amy:* Graditur, en aspice...

Lyc: Quisnam? *Amy:* Megacles. *Lyc:* Quà? *Amy:* Per
opaca fruticum

Videtur illic..... Non; meus fraudat oculus.

Lyc: Illudis etiam! Digna, refero. Amens ego,
Qui spem Megacli facilis addixi meam.

SCENA II.

Megacles Lycidas Amyntas.

Meg:

PRIMUS

Meg: Megaclé habes. *Lyc:* Æterna Numina! *Meg:* Domine!

Lyc: Veni, veni, Dilecte, in amplexus. Mea,
Viget iterum, quæ languit prostrata spes.

Meg: Sors ne mihi suppetit favens, tui quædam
Quò deniq; rependere Beneficii vicem?

Lyc: Pacemq; , vitamq; mihi largiri vales,
Modo velis. *Meg:* Indica modum.

Lyc: Olympijs Agonibus Lycidæ loco
Congredere pugnam, nomina simulans mea.

Meg: Ignotus etiamnum inter Elèos agis?

Lyc: Equidem. *Meg:* Sed iste quò dolus spectat? *Lyc:* Mea
Huic nititur quies. Inane proh Deum!

Quid trahimus ultrà tempus? Hora labitur,
Scilicet, suum quâ quisq; dat nomen Pugil.

Ah provola ad templum, meum tuq; Lycidæ
Mentire nomen. Veneris frustra, moras

Si nectis. Ito cuncta post reditum scies.

Meg: Accurre præceps, oblata forte superbus;

Quodque hæret nomen pectore, fronte geram.

Græcia sic testis communia dicet utrique:

Facta, animum, mentem, nomen & usq; fore.

SCENA III.

Lycidas & Amyntas.

Lyc:

ACTUS

Lyc. OH magnanime, fidissime Megacles! *Amy.* Tamē
Non hæc tibi prius opinio fuit. *Lyc.* En ego

Donatus Aristæa. Age, propera citus,
Strue quod opus, Amynta; prius sol occidat,
Nobis erit iter indè cum Conjuge simul.

Amy. Procede lentius ominans felicia

Tibi. Multa portendunt adhuc, metum. Potest
Patere fraus. Dubio labori prælij

Succumbere Megacles. Retulit aliàs decus
Olympicum. *Fori sed aquar pluries*

Timidum, premitq, sors subita Fortem. Suus
Semper neq, patet ubiq, virtuti locus.

Lyc. Quam me faceffis hæc movens longa dubia
Dubijs. Timefcā fluctibus subsidere,

Portum tenens? Profectò qui tibi fidem
Habet integram, neque comperit, quando dies

Illuceat orbi, quando nox incubet atra.
Spe tumidus ego nescio timorem. Respuo

Consilia. Nunc, nunc jubilans gestit animus,
Dùm proximè futura versat gaudia.

Sic propè cum notis cursu Præsepibus astat,
Exagitatur equus, Præcipitatq, viam.

Non illum lentat, quod frænum temperat ora
Non illum Rector voce premente domat.

SCE-

PRIMUS

SCENA IV.

Argenides sub habitu Pastoritio,
ex Floribus ferta nectens: Choro
Nympharum atq; Pastorum.
Deinde Aristeia.

Chorus. Dulcis o vita,
Quæ agit innocuis libera sylvis!

Arg: Fraudibus hic stat tuta voluptas,
Sociata Fides regnat amori.

Cho: Dulcis o vita,
Quæ agit innocuis libera sylvis!

Arg: Vacuus ære hic dives habetur;
Non plura sibi cupidus ambit,
Noscit sed benè pauperiem pati.

Cho: Dulcis o vita,
Quæ agit innocuis libera sylvis!

Arg: Alma iacet secura sub æthere
Pax sine muro, aut milite cincta,
Quòd penitus caret, unde superba
Avidum opibus illicit animum.

C

Cho:

HBP Kielce
hww 731

A C T U S

Cho: Dulcis ò vita,
 Quæ agit innocuis libera silvis!

Arg: Hic Nympharum candidi Amores
En graditur *Aristea*. *Aris:* Quid cessas? Tua
 Pergito *Lycori*. *Arg:* Hæc iterum, *Hera*,
 Tuguria conspectu beas
Tuo. *Aris:* Ut alios, utinam fugere me ipsam queam!
Amica, nescis quàm tetra affulsit mihi
Dies. *Arg:* Tuam lux ista reteggit gloriam.
 Ecquæ decora magis potest spectabilis
 Formæ dare monumenta Posteritas memor?
Illustrior te tota *Pubes Græciæ*
Niritur habere, *Agonis hodiè Olympici*
Objecta casibus ultrò. *Aris:* Sed abest, quem velim.
Ah! Tristia minus sermo subdat auribus.
Lycori, fide. Sume positum opus. Tuos
Exorsa casus cæperas exponere,
Vacat reliqua pergas modò. Mei lubet
Sopire pœnas pectoris, dum audio tuas.
Solatum est mœrentibus luctus comes.
Arg: Hanc si ferunt sortem, ferunt quid præmij
Mea fortiter perlata mala. Jam fideram,
Vt nomen est Argenides mihi, Patria
Creta, Genus illustre, Genere sed illustrior
Natus amor. *Aris:* Hæc teneo. *Arg:* Caput
En unde prodire mala. *Lycidas Throni*

Cre.

P R I M U S

Cretenſis Hæres unicus amorem ſibi
 Vinxit meum, nec minus ego ſuum. Cati
 Potuimus ad tempus operire ambo penitum
 Ignem. Invaluit inde magis; & ut Amantium eſt,
 Cautio adhibita minor. Loquaces quid oculi
 Jam proderent conjecit aliquis, ſenſaq;
 Pandit foras. Malus per ora effunditur
 Rumor, brevique pepulit aures Regias.
 Excanduit Pater, exprobat Natum: Meo
 Illum arcet aſpectu. In vetitum at ille avidius
 Fertur. Itâ vetus glomerat incendia furens
 Præcepſq; ruit aggere retenta fluminis
 Unda. Rabidus Lycidas fremit. Raptum, fugam
 Molitur. Exitus modum, tempus aperit
 Scripto, idq; tranſmiſſum mihi. Fallit fidem
 Fiſtus homo, Regiſq; data manibus pagina.
 Certo tenetur amans loco Cuſtodib;
 Cautus. Manum ut jungam Extero impoſitum mihi.
 Reluctor ego. Tum quiſquis in me concitus
 Obſtrepit. In ore Regis extument minæ,
 Me criminantur Amici, ad hymenem adigit Pater.
 Una in fuga, aut morte ſuperat ſalus. Minus
 Quod horret, exequor ut ſatius. In Elidem
 Tranſfuga Nemoribus hîc ſteri paſtoriam
 Simulata vitam, dicta modo de nomine

A C T U S

Lycoris. At meo data Lycidæ, sinu
Lycoridis adhuc integram
Argenidis servo fidem.

Aris: Movet equidem casus. Fugam non probo tamen.
Sola per inhospitas vagari libera

Vias: Puera relinquere.... *Arg:* Ecquid? Debui

Me jungere Megacli? *Aris:* Megacli? Proh Deum!

Quod nomen aures personat? Quem nuncupas

Megaclem? *Arg:* Hic ille, cui dicarat me Pater.

Abolere ne animis potueram..... *Aris:* Patriam tenes?

Arg: Actæus erat. *Aris:* Ut postmodò Cretam appulit?

Aris: Adaetus, ut dixerat, amore. Dolens, in ops

Hùc cum teneret profugus

Iter, latronibus impetitur. Humi ad necem

Fusus peribat cum astitit fortè Lycidas.

Terret, fugat, necat, expedit periculo

Megaclem. Amor tum indè sociavit mutuus

Ambos. Ita comes Filio patuit Patri,

Utque exterus decretus in sponsum mihi.

Aris: Hujus subit imago? *Arg:* Infidet memoriæ.

Comis nitebat aureis caput, nigris

Oculus supercilijs. Rubebat sed tumens

Ultra modum fortasse labrum. Svaviter

Torquere solitus lumina, & facie crebrò

Suffundere pudorem. Tener inerat lepus

Allo-

PRIMUS

Alloquio At, Hera, qui nam obruit vultum color?
Quid contigit? *Aris.* Pro Juppiter! Nosco meum
Sub talibus Amantem notis *Arg:* Quid nuncias?
Aris: Vera tibi. Secreta diu in me arsit face,
Ortu sed Atticus inde despectus Patri.
Noscere, videre, audire semel Hominem ferus
Respuit. Abiit ille irrita fractus sua
Ad ultimum spe. Evanuit, nec amplius
Visus. Tuo nunc ab ore rescio
Quid postera vago fors tulit. *Arg:* Equidem hæc quasi
Commenta dicerem jocosa fabulæ.
Aris: Oh si illi ad aures accideret ut de meis
Hic nuptiis certant! *Arg:* Volet Cretam ocyus
Puer. Interim tu distrahe sagax prælium.
Aris: Sed ut potero? *Arg.* Non ne tibi Clystenes Pater?
Olympiæ nunc præfidet rerum Arbiter.
Dummodò velit, potest. *Aris:* Renuet immobilis,
Novi. *Arg:* Quid ausus officit? *Aris:* Probè. Petam.
Adibo Patrem. *Arg:* Domina siste. Ipse properat.

SCENA V.

Clystenes, Aristeia, Argenides.

Clys: **E**Xegimus de more, Nata, quæ vetus
Ritus jubet. Suscepta Pugilum Nomina,

Litata

A C T U S

Litata Sacra, p̄scripta Pugnae temporis
 Hora. Neq̄; prorogare fas est Numina,
 Publica fides, meumq̄; decus, omnia forent
 Læsa. *Aris:* (Hei mihi! Spes tota concidit mea.)
Clys: Meritò quidem tumescere fastu, Æmulos,
 Si quosq̄; numerem, qui cupidi agones hiant
 Pro te. A Megara Olinthus, a Thebis Athas,
 Clearcus a Sparta, Erilus ab Ephiris adest.
 Et venit a Creta usq̄; Lycidas. *Arg.* Quis? *Clys:* Etiam
 Lycidas Throni Cretensis unica Soboles.
Aris: Nostros & ipse ambit Hymenæos? *Clys:* Ut aliq̄.
 Periculum subit. *Arg:* Heu dolor! Fluxit animo
 Argenides. *Clys:* Me sequere Nata. *Aris:* Ah trahe, Pater,
 Rogo, tempus in aliud hoc opus Lucæ. *Clys:* Expetis
 Nefas. Dedi causam; sed ego cur expetas
 Non video. *Aris.* Festina nimium, quæ subiugat
 Occasio. *Grave ponderat Thalami jugum.*
 Jamq̄; luimus satis in statu, quem servitus
 Premit *Clys:* Hæc solita garrire semper Fæmina;
 Sed *nulla garrulis manet dictis fides.*

Non pigeat, Mulier si nobis sorte subacta est;
 Tum quoq̄; cum servit subdita, regnat Hera.
 Nos robur, vos forma juvat, victoria semper,
 Virtuti quoties prælia forma gerit.

SCENA

PRIMUS

SCENA VI. Aristea & Argenides.

Arg: **S**ensa Patris audisti, Domina? *Aris:* Vale. Subsequi
Amica cogor? Proh! pari si gratiæ

Pietate præstas, nuncia Megacリス mihi

Tu, cui licet, perquirito, cura, refer.

Tu meus explora, quas nunc Amor incolat oras;

Mè si fidus adhuc corde vel ore tenet.

Si memor ulla dedit meritiæ suspiria Amanti,

Si sonuit labiis Nomen hucusq; meum.

SCENA VII.

Argenides.

ME ne Lycidas animis potuit excindere?

Peri! Misera! Quod triste me fatum manet!

Hùc hùc docendæ intendite Pueræ hæctenus

Rerum insciæ. En solitos Amantium dolos.

Vos vita, vos spes, vos bonum majus Animæ.

Quàm blanda cumulant verba! sine pace simulant,

Traducere dies, Nocte nec carpere levi

Sommo quietem. Flent, gemunt, pallent, dolent.

Mol-

ACTUS

Molles sciunt aditus. Amore perciti
Crebrò sub oculis jam prope exanimi cadunt.
Cavete, virgines: *Letet ubi vis dolus.*

Adjurant de more fidem sine limite Amantes,
Juratam & nemo servat amore fidem.
Ufus & increvit, si sunt, illudere Fidis
Non secus ac Amens, fidus habetur Amans.

SCENA VIII. Megacles & Lycidas.

Meg: **M**I Lycida. *Lyc:* Amice, *Meg:* En me tibi *Lyc:*
Functus..... *Meg.* Utique
Jam functus omnia redeo. Tuo steti
Nomine sub aris; Utique; Lycidas protinus
Pugnam adoriar. Da ergo modò, usque; non strepit
Signum, quid infert inita fraus. *Lyc:* Oh si dolis
Victoria favet, nemo me beatior
Alter in amore. *Meg:* Cur? *Lyc:* Positus in præmium
Victoribus stat Regii vultus decor,
Vidi semel, visumque; cupit anxius amor,
Studiis sed expers Luctæ..... *Meg:* Habeo. Per me decet,
Sit parta tibi? *Lyc:* Sanè. Petere tùm sanguinem,
Vitam, Thronum, parva petis: omnia sunt tuis

Cessa

PRIMUS

Cessa manibus, amantiſſime Megacles. *Meg:* Novis
 Non opus, Here, agitare ſtimulis tibi ſubditum;
 Munera ſatis animant data. Ereptæ neci
 Benè memini vitæ. Fruere, fidito,
 Sponſa. Palæſtram non in eo rudis. Aliàs
 Multo meo ſudore maquit, nec meis
 Sylveſtris olea rarus eſt crinibus honos.
 Mihi certior nunquam triumphus extitit.
 Fœdera Sodalitii, cupido gloriæ
 Animoſq; viresq; validiùs acuunt. Ovans
 Jam ego, jam Agonibus aſto. Variis Æmuli
 Affultibus latus obſident; jamq; omnibus
 Elabor illis primus. Effluit niger
 Commixtus humor pulvere.
 Faventium ſtudiis Virum
 Fremitu meæ tunduntur aures undiq;;
 Citifq; pulſantur per æthera plaufibus.
Lyc: Oh Dulcis Affecla! Oh meis
 Quæſita votis jugiter
 Avidius Ariſtea! *Meg:* Quid? *Lyc:* De nomine
 Quam amo, voco. *Meg:* Et Ariſtea nomen eſt Huic?
Lyc: Sanè quidē. *Meg:* Nil notuit præter? *Lyc:* Ephiren
 Propè habuit ortum. Aſopi ad amnem, Regii
 Clyſtenis unica Soboles. *Meg:* Proh Juppiter!
 Amor iſta meus! Hanc propter hodiè prælium

D

Cie

ACTUS

Cietur? *Lyc:* Haud dubiè *Meg:* Ibit hæc per me modò
Quæsta tibi? *Lyc:* Spero. *Meg:* Hanc deperis! *Lyc:* A-
nimà magis.

Meg: [Occidimus!] *Lyc:* Quid inscius stupeſ? Dabis,
Ubi decus oris videris, veniam; Et Deos.

Huiusce non puderet ignis. *Meg:* [Inscius
Utinam forem.] *Lyc:* Oh, si vincis, unus omnium

Felix ego. Solveretur ipse in gaudia
Sinus Megacilis. Fare, non lætaberis

Lætante Lycida? *Meg:* Plurimum. *Lyc:* Quæ me dies
Prima jugat Aristæ, adesto, non ne erit

Festiva tibi? *Meg:* Festiva. [Proh dolor!] *Lyc:* Libens
Ad Nuptias non me sequeris Pronubus?

Meg: (Quam dira patior!) *Lyc:* Eloquere. *Meg:* Cun-
cta, ut lubet.

(Quale lacerat pectus novum, ab Erebo erutum,
Pœnæ genus?) *Lyc:* Quàm longa trahitur mihi dies

Perimunt moræ, tu nescius negas fidem
Similia anhelantem. *Meg:* Scio, nec nego fidem.

Lyc: Ulterius impatiens, Amice, provolat
Animus, potiturq; cogitans Coniuge data.

Meg: (Ah nimius urget!) *Lyc:* Jamq; videor..... *Meg:*
Comprime

Aliquando vocem. Plus satis dictum. Meas
Comperio parres debiti officii memor;

Aff

PRIMUS

Ast tandem ego..... *Lyc:* Quo concitaris impetu?
Quà injurià læsus? *Meg:* [Quid ehu! mihi temere
Factum?] Agitor incensus, quia cura est magis
Me promeritum habeas. Labant
Fraetæ ab itinere vires. Labor acer ingruit
Lucta: Modicum superat quieti, liberum
Neque finis otium? *Lyc:* Quis inhibuit loqui?
Meg: Pudor obstitit. *Lyc:* Amas ergo sternere placido
Corpora Soporì? *Meg:* Maximè.
Lyc: Mecum cupis secedere aliò? *Meg:* Neutiquam.
Lyc: Confidere placet hìc sub umbra? *Meg:* Equidem!
Lyc: Interest
Adsim comes? *Meg:* Nequaquã. *Lyc:* Age ergo, lubricam
Carpe requiem tacitus; piumq; accipe vale.
Dum tua tranquillo clauduntur lumina somno,
Ut mihi, sic somno læta ministret amor.
Labantur molles, & cessent murmure rivi;
Et Zephiri tremulos supprimat aura sonos.

SCENA IX.

Megacles.

SUPERI! Quid auribus intonuit? Eheu miser!
Quo fulmine obtritus jaceo? Ergo, ergo ne mei

D2

Ab.

AUCTIUS

Abripiet alter Deliciam Animi? Ipse ego
 Hanc dabo meo, me duce, Proco? At Procus est comes)
 Est luce charior mihi!
 Disparia quantum nexuit fors Nomina
 Pestem in meam? Ah non usq; sæviter rigent
 Sodalitatis jura! Vixi & ego prius
 Ignosce Princeps, vivo nunc cognitus Amans.
 Si cedit Aristea tibi, cedit mea
 Vita simul. Et cui vita debetur mea?
 An non & ipsam, quæ fruor, Lycidas dedit!
 Si vescor aurà, non ne Lycidæ prævium
 Hoc munus? Ingrate, potes hæere dubius?
 Si tanta Amicam scelerat infamia fidem,
 Te fugiet Aristea quoq; animi scelus
 Merito execrata nefarium. Absit hæc meo
 Incisa labes nomini. Vos, Numinum
 Ad instar immota colo: Pacta jam fides,
 Jurata fœdera, Gratia, Meritum, Decus,
 Gloriaq; mea. Vos specto, vos solum audio,
 Totusq; me voveo. Unicùm pavet animus:
 Amantis aspectum. Tremendus assatim
 Vitandus occursum mihi. Nam quid agerem
 Labefactus, æger ipsius in ora? trepidum
 Succutitur venis jecur. Salso scatent
 Sudore membra, dum subit menti. Hinc hebes

PRIMUS

Stupeo, tremisco, dirigeo, palpito, labo,
Consternor. Ah neq; cogitans pati queo!

SCENA X.

Aristea, Megacles, deinde
Alcander.

Ari: **H**uc, Hospes, eho! *Meg:* Quis me adoritur? *Ari:*
Juppiter!

Meg: Superi! *Ari:* Megacles, Spes mea; Ah tu equidē ille, tu,
Vera facies, verus mihi redux ades.

Dij boni! propè concido obruta gaudiis,

Nec novit alternare pectus halitus

Oh care, tantum oh expetite plantibus,

Votisq; nequicquam vocate. Perditæ

Venere tibi voces Amantis. Deniq;?

Redditus, & oh quàm congruè redditus!

Pius, ô meos misertus angores amor!

O Mea benè soluta lacrymis suspiria!

Meg: [Qui casus invehit efferus!] *Ari:* Charissime,

Tu verò nil mihi refers? Perstas adhuc tacitus?

Quid hoc? Color errat in ore varius!

Ut

ACTUS

Ut fronte turbidus timida flectis mihi
Lumina? Premunt sed exitum lacrymis negas!
Ah desit amor forsitan; Non amplius.....

Meg: Quid ais? In æternum..... scias... ero... Faucibus
Vox hæret..... [Ehu! Qui casus invehit efferus!]

Ari: At aspero tu me modò fatigas metu
Effare, comperis Instrui per me Elide

Luētamen? *Meg:* Inclaret satis. *Ari:* Non advenis

Luētamini accinctus. *Meg:* Equidem. *Ari:* Quid stas acri

Defixus ergo dolorē? *Meg:* Constritor etenim.....

(Infesta Numina, quam truces reposcitis
Pœnas?)

Ari: Novi. Quis infecit meam crimine fidem?

Id si doles, non æquus agis. Ab exitu

Tuo neq; semel passa, verteret alibi

Mens. Semper intimè insonuit animis tua

Vox. Nomen hæsit ori, imago pectori.

Non alteram fovi, alteram neq; foveo

Flammam, neq; fovebo. Velim..... *Meg:* Dixti satis:

Nosco. *Ari:* Velim me fulmine adigi ad tartara,

Ante violem nōstri semel primordia

Amoris. *Meg:* [Ehu gravior doloribus dolor

Quàm vitæcra cruciat!]

Ari: Quid oculos subtrahis?

Aspice, repone mihi. Eloquere. *Meg:* Quid eloquor?

Alc: Propera Domine, certare si lubet. Dedit

Son-

PRIMUS

Sonitum tuba. Pugiles vocantur undiq;
In praelium.

Meg: Adeste, Numina; Mea vita, vale. *Ari:* Et abis,
Me sic relicta? Vade. Parco, dummodo

Noster revertas sponsus. *Meg:* Ah non mihi parat
Regale tantum munus invida fors! *Ari:* Age:

Perstat amor idem? *Meg:* Invaluit etiam. *Ari:* Me putas
Fidam? *Meg:* Fide equidem, ut gratia praestabilem.

Ari: Me consecuturus abis in pugnam? *Meg:* Velim.

Ari: Tua pristina sequitur comes virtus? *Meg:* Reor.

Ari: Victor eris? *Meg:* Habeo spem. *Ari:* Socia tum ego
thalamis

Non tibi dicor sponsa? *Meg:* Vale, Vita mea, vale.

Esto memor nostri, lætè dum tempora vivis.

Ari: Cur mihi fatidica talia voce refers?

Meg: Parce, meæ pars maxima vitæ, parce loquelæ.

Ari: Quin fare, & lætis utere, dulcis Amor.

Meg: Ah dum verba moves! *Ari:* Ah quando sylen-
tia præstas!

Meg: & *Ari:* Vulnere crudeli pectora nostra feris..

Ari: Languet amans, languoris nec scio reddere causas

Meg: Angor zelotypus, nec licet ulla loqui.

Ari: Altera quæ jacuit tanto prostrata dolore?

Meg: Alter qui jacuit tanto prostratus amore?

Ari: & *Meg:* Nullo poena magis sæviit aucta sinu.

ACTUS

ACTUS SECUNDUS

SCENA I.

Aristea & Argenides.

Arg: NEq; claruit adhuc exitus pugnae? *Ari.* Haesteno
Pendet. Nimis, o Argenides, acerba lex,
Spectaculo quæ nos penitus arcet. *Arg:* Mâgis
Magis equidem crudesceret dolor, ut amans
Labore conflictatur immani, propè
Cernere, & opem dare nemini: sistere..... *Ari:* Etiam
Absens ego sisto; Immò territa timeo
Et ipsa, quæ fingit timor. Quantis meum
Oh si videres tunditur cor ictibus!
Hic pugna sævit, hic furit. Ob oculis iacent
Palæstra, Conflictus, Megacles, Æmuli,
Et Arbitri: hi justi minus, validi magis
Illi reformidantur. Ah me me impetit
Quidquid Megacles sustinet! Verbera, minæ,
Ludibria, concussus. Loco præsens nisi
Vera metuerem, at ita procul
Falsiq;, veri;q; novus ingeminat metus.

Arg.

ACTUS II.

Arg: Necdum quis exit in oculos? *Aris:* Nemo obvius.
 Hei mihi! *Arg:* Quid urget? *Aris:* Quātus oh nunc
 nunc tremor
 Per ima currit ossa, totaq; conquatit
 Membra. *Arg:* Ratio? *Aris:* Jam mea peracta fors. Vide, hūc
 Contendit Alcander. *Arg:* Properus eia age gradum
 Alcander. Animos solve formidine. Refer.

SCENA II.

Alcander, Aristeia, Argenides.

Alc: JO dicito, Domina; Lætus adsum Nuncius
 A Rege, & ipse ego.... *Aris:* Soluta pugna? *Alc:* Jā
 Audi. Suis intenta circum..... *Arg:* Rem expedi
 Profare victorem. *Alc:* Omnia
 Promam. Suis intenta circum straverat
 Se undiq; locis Turba.... *Aris:* Quid opus verbis? Tibi
 Non hæc reposco. *Alc:* Cuncta referam ex ordine.
Aris: Qui vicit, unum expeto. *Alc:* Penes Lycidā stetit
 Victoria. *Aris:* Lycidas stetit victor? *Alc:* Equidem.
Arg: Cretensis Heros? *Alc:* Hisce qui nuper plagis
 Successit. *Ari:* (Occidi misera!) *Arg:* (Perdita perij!)
Alc: Felix, o nimium forte felix, quæ pari

E

Dota-

ACTUS 2

Dotabere viro! *Aris:* Alcander ito. *Alc:* Te Parens
Arceffit. *Aris:* Ito, mox adero *Alc:* Jam maximi
Venere templa Jovis. Ibi...
Ari: Necdum mihi te proripis?
Alc: (Ingrata! Sic promerita mittit nuncium!)

SCENA III. Aristea & Argenides.

Arg: Affare, Domina, numquid altera, sydere
Edita sub infausto, acrioribus potest
Agitarier malis? *Ari:* Etiam. Ego adsum. *Arg:* Ah meis
Haud unquam amor te exerceat pœnis! Rudis
Tu præteris, quàm dura dispendia fero.
Quantaq; remordet cordis abrepti mihi
In Conjuge tuo cura? *Ari:* Neq; tu scia satis
Supplicia pendis, intus, aut penetras mea.
Magna quidē sævum insequitur te turma malorum,
Quippe tuo langyes expoliata Bono.
Sed tibi non servile jugum, aut compressa potestas.
Libera das lacrymas, libera poscis opem.
(Ast ego fatis acta feris, nunc meq; meumq;
Perdo; nec ora tamen lacryma nostra decet.

SCE.

S E C U N D U S

S C E N A IV.

Argenides deinde Amyntas.

Arg: **N**Ec ulla, quæ me miseret Invieta pietas
Superstes orbi? Nemo suppetias dabit?

Amy: Æterna Numina! Pol! refert Argenidem
Illa! *Arg:* Anime, Anime, tu vindices pœnas cape.

Amy: Argenides! Quid? Tu Elidis? Tu sola? Tu
His Domina deformata sub vestibus agis?

Arg: Tu quoq; malignos adsis ergo Principis
Hic obsequi dolos? Probo equidem credidit
Rex Gnoſſius Lycidæ gubernium Viro.

En uberes bonæ Scholæ fruges. Habes

Quo altè superbias, Amynta. *Pervigil*

Si quaris Agricola fuerit, Specta solum.

Amy: (Patuere cuncta!) Non meis ipſe monitis....

Arg: Age, age, ſecus fortasse finis quàm velis.

Una omnibus apud Calites, sursum incolis

Iustitia. Nonnunquam sedet & hic Arbitra

Terris. Deumq; , Hominumq; repetam illam Throno,

Suam ille si proſtat fidem, diffindam ego

Fas omne. Noſcat, (iſte meus erit labor,)

Noſcat, vaſer Proditor ut eſt, Sicyonius

E2

Rex,

Rex, noscat universa quaquà Græcia,
Totusq; sibilat orbis execrabile
Nomen. Ita quisq; refugiat, quisq; caveat,
Atq; procul ignaro innuat monstrum manu.

Amy: Argenidis non hæc decora pectori
Sensa. *Malefida consulit semper furor,*
Iustus licet. Molles inirem ego tutius
Vias. Id agito, te reviset iterum. Abi,
Ipsam alloquere. Memora, repete rata toties
Promissa. Satiùs tibi tuus redeat Amans,

Quàm pereat hostis. *Arg:* Et putas reverteret
Adhuc, Amynta, ad me odsequens? *Amy:* Quid ni? Suū
Te coluit ut Numen, tuiq; languidus
Traxit per ossa virus Amoris. Subit

Tibi centies..... *Arg:* Subit, in meam subit crucem!
Quot promissa dedit, quot Numina magna vocavit!

Proh dolor! Ut potuit, sic temerare fidem?

Cuncta per ipsum liqui, nunc ego linquor ab ipso.

Siccine Promeritæ, siccine reddis, Amor?

S C E N A V.

Amyntas.

Impro-

S E C U N D U S

Improvida Juvēta! Quoties obnoxiam
 Ætubus amoris video, gratulor mihi,
 Lætorq; senio. Dulce littoribus procul
 Prospicere naufragum; Neq;
 Alterius oblectat ruina. Sed mali est
 Lata facies, quo liber eximitur homo.
 At enim senectus cana tempestatibus
 Et ipsa non agitur suis? Rapitur nimis
 In proprias, aliis neq; soluta. *Variant*
In mente deliria quidem. Sed quilibet
Delirio insanit suo. Notq; stimulant,
 Trahuntq; jactantq; rapido secum impetu
 Nunc Ira, nunc Odium, Invidia, Cupido, Amor.
 Nos totidem Naves objectæ argentibus undis,
 Ut venti curæ Pectoris ima cient.
 Pro scopulis surgit virtuti inimica Vluptas,
 Totaq; turbinibus mobile vita Mare est.
 Sublimis vigilat, clavumq; ut Nauta gubernat
 Mens data, sed crebrò fluctibus icta perit.

SCE

SCENA VI.

Clystenes, Lycidas, Megacles o-
leæ redimitus corona, Alcan-
der, Athletarum Chorus.

Chorus. **I**Nvicti Lycidæ Gloria Nominis
Haud unquam sonuit margine clavior
Alphæi: nec adhuc sudor Agonibus
Illustris adeo fufus Olympicis.

Pars Chori. **A**ries explicuit, munera Palladis;
Alas applicuit, dona Cupidinis;
Infractos Animos gessit Apollinis;
Finxit mirificis ausibus Herculem.

Chorus. **V**irtutem, meritum Principis invido
Nusquam cooperient sæcla fylentio;
Ætas sed recolet postera quælibet,
Tolletur celebris Fama per æthera.

Clys: Esto Juvenis virtute macte nova, pari
Qui comptus undiq: luce, vultus nil minus
Geris humiles. Da, fronte libem nobili
Ofeula, avidusq; pectori amplexu premam.
Oh maxime tua Sobole felix Parens,

Creten.

SECUNDUS

Cretenſia tenens ſceptra! [Quondam ſi meum
Siviſſem & ego vivere Philintum, forſitan
Virtute tecum adoleſceret & ævo pari.
Reminiſcere, Alcander, gemens ut tradidi
Tibi perimendum? Debui nihilominus.....]

Alc: [Non patitur iſta temporis

Coruſca fauſtitaſ repeteſte triſtia.)

Cly: Sanè quidem. Tuæ dabitur in præmium

Virtutiſ Ariſtea; ſi quidque ſuperat

Mihi liberum, tu liberè pete. Quàm favens

Proſundere velim, ſemper expeteſ minus.

Meg: [Nunc eſt opus Animis.] Domine, me tener habet

Pater. Neq; memoriſ ego debita Filij

Officia tranſigam. Inſipida mihi quælibet

Gaudia, ſuaſ nū capiat ipſe primituſ

Parteſ. Priorem ambio meæ fore nunciuſ

Sortiſ domi! Copiamq; poſcere Nuptiſ,

Atq; Patriſ celebrare connubia lociſ.

Cly: Debita rogaſ. *Meg:* Quin ſi mihi ſaſ eſt, moras

Præſcindam. Abibo protinuſ. Sponſæ meam

Suffeſtuſ in vicem iſ aderit

Ductoſ, Miniſteſ, & Comeſ. *Cly:* [Quam ille faciem!

Quem ſe ore fert? Mihi ſuſſilit veniſ cruor

Illiuſ in aſpectu? Sed iſte qui genuſ?

Unde Patria? Quod nomen? *Meg:* Ægiſtuſ vocant.

Creten—

A C T U S

Cretenſis ortu & ipſe regio ſatus
 Sangvine; Mihi at junctus ſodalitio magis
 Quàm ſtirpe. Nobis eſt Animus unus. Adeò
 Communia ſimul utriſq; lætitia, & dolor,
 Quod nomen Ægiſtus ſonat, ut ipſe Lycidas.
Lyc: (Quàm providum ſuppetit Amicitia exitum!)
Clys: Eia ergo ducere Coniugem,
 Incumbat Ægiſto. Inſulatata tamen
 Uxore, Lycidas ne abeat. *Meg:* Ah non! Exime,
 Hanc parce pœnam. Laberer, cum dividor
 Abiturus inde. Procul ab ipſa ſentio,
 Quàm triftis inſequitur dolor.
Clys: En ipſa progreditur modò. *Meg.* [Me perditum!]

S C E N A VII.

Ariſtea, Clyſtenes, Megacles,
 Lycidas, Alcander.

Aris: [Adſum perofis nuptiis, ut victima
 Prærepta ad Aras.] *Lyc:* (Pauca tantū nunc mihi
 Momenta diſtinent bonum.)
Clys: Accede Filia. Sponſus en, aspice, tuus.
Meg:

S E C U N D U S

Meg: (Ah falleris!) *Ari:* Sponsus meus? *Cly:* Equidē. Vide, Illustrior si unquam neq; superis fuit

Inita copia. *Ari:* (Si vicerat Lycidas, meus Quomodo amor.... Illudit Genitor.) (*Lyc:* Egre tulit Sponsum Megaclem, ignara dolet, & angitur.)

Ari: Et hic, Pater, hic Olympicis victor pugil?

Cly: Scitaris etiam? Numquid ora pulvere Consperfa non noscis, Rigatam defluvis Sudoribus frontem, Comasq; frondibus

Cinctam, Decus quæ sunt Triumphi maximum?

Ari: Alcander, æquid retuleras? *Alc:* Vera retuli.

Cly: Mittite dubia. Virum ecce, placida cui jugant Te Numina, neq; similem ab ipsis provida Potuisset exorare cura Patris. *Ari:* (Jo

Quàm jubilat animus!) *Meg:* (Quàm premit dolor!)

Lyc: (Ut dies Æterna perstat!) *Cly:* Pressa vestris mutuit Lingva labiis! Quid? *Meg:* (Juppiter, & unde adoriar?)

Ari: Gestio loqui. Sed.... *Cly:* Habeo; Pudibundos tenet Præsentia mea. Regis *Augusta* gravitas, Censorius oculus, Paterna Dignitas

Non bene favent Amantibus. Memini & ego

Quantum facefferent molesta tædium.

Cly: Agite hic. Modestiam probo.

Meg: [Heu! semper in peius ego transcribor malum.]

F

Cly:

A C T U S

Cly: Est Puer, & Pueri naturam Amor exprimit omne.

Degere cum senibus ludicer ille fugit.

Lusibus addictus nescit perferre rigorem:

Rarò libertas juncta pudore stetit.

S C E N A VIII.

Megacles, Aristea, Lycidas.

Meg: **M**iser, quid ago? Quid? Instat hinc comes,
hinc Amans.

Urgeor utrinq; . *Lyc:* [Nunc vacat, solvere dolum:

Me noscat illa.] *Meg:* [Siste.] Pro Deum! *Ari:* Tuæ

Ne supprimas, o Sponse, Conjugi, dolens!

Quid ingemis? *Meg:* [Dira, o ferox, o carnufex

Pœna!] *Lyc:* (Amor, amice, meus moras non sustinet.)

Aris: Sylentium, dilecte, me exanimat tuum.

Meg: [Aude. Egredere tot morte pœnis.] Ad breve

Faceffe Princeps. Segregis parum mane.

Lyc: Cur? *Meg:* Perge. Fidito mthi. De me expedit

Comperiat Aristea quæq; . *Lyc:* Quid? Mea

Non poteris etiam uti simul præsentia?

Meg: Non. Implicita res oppidò quā putas. *Lyc:* Jubes?

Esto. Peragam. Concedo paululùm. Innue,

Ad nutum adero. Reminiscere, Ah reminiscere

Amice,

SECUNDUS

Amice, mea nunc agere! Si quid præstiti
Fortè tibi, gratum si colis animum, tuum
Si Lycidam amas, facto proba. Ope solum tua
Mea stat quies, stat vita, stat totaq; salus.

SCENA IX. Megacles & Aristeia.

Meg: [**H**Eu, quæ fera obtrudis monita ad aures?) *Ari:*
Mihi

Tandem, remotis Arbitris, solvere datur
Festiva gaudia. Te meum dicam iubar.
Tu delicia, tu spes, voluptas..... *Meg:* Dulcibus
His abstine titulis, hera;

Indebita Megaclem petunt. Hæc alteri
Debes Amanti, quem secundat fors magis

Ari. Id tempus etenim talibus
Me corripere dicis! Adest hilaris dies....

Sed stupida desipio. Jocaris, & anxia

Me crucio. *Meg:* Non equidem absq; ratione crucias.

Ari: Prode. Quid habes ergo? *Meg:* Accipe. Sed opus animis;
Pectore opus, Aristeia, firmo. Te ultimum
Virtutis accinge specimen dare. *Ari:* Loquere.

F2

Heu

A G T U S

Heu! Quid paras dicturus! Intremis iecur!
Meg: Adesto. Nonne millies tu fassa, quod
 Visa tibi, plusquam aspectus oris, benevolo
 Hæc digna cultu gratus animus, candida
 Mens, quæq; semper institit
 Vivida cupido gloriæ? *Ari.* Dixi quidem,
 Neq; temere dictum putes.
 Talem utiq; te mihi dederas, talis habitus
 Es, hucusq; talem te obsequens colo. *Meg:* At secus
 Quam rere, si fieret Megacles? Perfidus
 Si falleret amicos, Diis infringeret
 Perjurus ingeminata vota; si malè
 Gratus necem rependeret, cui debuit
 Vitam, tuus tum amor vigeret adhuc? Tui
 Hunc sustineres æquè Amantem? Hunc deditum
 Paterere Sponsum? *Ari:* Et vis scelestum adeò putem,
 Quem diligo Megaclem? *Meg:* Tene. Fatum premit
 Nos invidum! Si sponsus evadit tuus,
 Adeò scelestum sceleribus Megaclem habes.
Ari: Quo namq; fato? *Meg:* En omne refero negotium.
 Cretæ inclytus Princeps, tuo
 Saucius amore, langvet. Exorat meam
 Precibus opem, vitamq; ego per ipsum ago.
 Ah statue, te iudice, Domina, utrum denegem!
Ari: Et prælium commiseras.... *Meg:* sub nomine

Lyci-

S E C U N D U S

Lycidæ. *Ari:* Tuam ultrò deferis? *Meg:* Defero, tuis
Vt tibi parem me dotibus semper habeas.

Ari: Deberem ego..... *Meg:* Debes opus
Explere mecum. Eia generosa, amabilis
Mihi magis Aristeia. Quò properat benè
Gratus animus, tu sequere. Qualem ego tenui,
Suffice loco Lycidam. Tuo complectere
Amore. Dignus, quem ipsa fortunes pari
Quoq; gratia. Suo ipsemet vivo sinu.

Lycidæ ubi cedis, ibis haud mihi penitus
Amissa. *Ari:* Superi! Quò repente transvehor?
Præceps Erebum ab astris agor! Proh! Neuriquam.
Numquid alium non suppetet

Solertia modum? Vivere
Non est mihi vivere, meo si vixero
Diffita bono. *Meg:* Quid impetis tu quoq; meam
Per se labantem corde virtutem? Fuit
Opis, Hei mihi, quantæ fuit! dura refugos
Hùc pellere animos. Una dulcis, quæ tuis
Sonet labris, vox, arduum diruit opus.

Ari: Immotus aures obstrues? Me linquere....

Meg: Decreta res. *Ari:* Decreta? Sed quando? *Meg:* Ultimū..:

(Heu concido!) nunc ultimum est,

Quò dico tibi vale. *Aris:* Ultimū?

Ingrate... Succurrite mihi Numina. Pedes

Tremuli vacillant, frigido vultus madet

Sudo?

A C T U S

Sudore, gelida sentio stringi manu
 Pectora. *Meg:* Meum jam frangitur robur. Potens
 Evadere minus fio, si plus immoror.
 Aude anime, rumpito moras.
 Digredior, Aristeia. Tu sospita mane.
Aris: Ecquid? modò? Jam deferis? *Meg:* Fas est semel
 Ochara, distrahi. *Aris:* Et abis.... *Meg:* Et abeo; neq;
 Spes ulla reditus. *Aris:* Siste. Non equidem.... quò abis?
Meg: Tuis procul ab oculis miser propero mori.
Aris: Date opem.... pereco. *Meg:* Me perditum!
 Quid spectro? lethifer irruit dolor. O mea,
 Spes unica, Aristeia, quid cadis animo?
 Respice, Megacles astat. Aderit tecum. Eris
 Tu mihi..... quid ais? Erepta sensibus meas
 Non percipit voces. Magis
 Fœcunda pœnis astra me insequi queunt?
 Haudquaquam. Hoc unum casibus deerat meis.
 Quod, & unde consilium mihi?
 Quid statuo? quid ago? Ibone? Durior ehu forem
 Scopulis ferisq; atrocior!
 Sistam? Quid indè juvat? Ut habeat me virum?
 Num tale fineret arte fraudatus comes,
 Captus dolis Rex? Num data fides, num decus,
 Meusq; confisteret in ævum integer honos?
 Saltem moras addamus. Ah idem quoq;
 Mihi semper horridus manebit exitus!

Nunc

SECUNDUS

Nunc me facit coacta sævitia pium.
Mea vita, vale. Vale, mea deperdita salus.
Melioribus tu utere, quàm ego, fatis. Dij,
Tutate vestris hocce de manibus opus;
Quosq; eximam meis, suis addite dies.
Lycida; Ubinam dilapsus? Hem, Lycida, propè!

SCENA X.

Lycidas, Megacles, Aristeas.

Lyc: **N**Otuere cuncta Principi? *Meg:* Cuncta. Celeras
Domine, levamen Conjugi ferto tuæ.

Lyc: Hei mihi! Quid aspicio? Quid actum? *Meg:* Spiritus
Suppressit inopinus dolor, & auras fugit

Ægra. Lyc: Modò me ne deferis?

Meg: Abire juvat. Ah prospice salutem, o Comes,
Jacentis Aristeæ. Ubi resumet animos,
Quanta querulis jactabit illa vocibus!

Suus errat in oculos mihi effrænus furor.
Audi. referq; dicta, Lycida, quæ rogo;

Si umquam quærit, si queritur, quò cessit Amicus,
Subiice cum lacrymis: Charus Amicus obit.

Siste, nefas! Misere! Ah tantum tu parce dolorem
Subi-

Subijce perpaucis: Illacrymatus abijt.
 Ingens quàm furit ima dolor delapsus ad ossa?
 Linquere.... semper.... ita.... quæ mea cura fuit!

SCENA XI. Lycidas & Aristeia.

Lyc: Quis iste inextricabilis nexus? stupet
 Inscius animus! Exanimis hic
 Procubuit Aristeia.... defiscit dolens
 Exin Megacles.... *Aris:* Hui dolor! *Lyc:* Sed illius
 In solita munia jam redit spiritus. Age,
 Micantia reclude, mea Princeps, lumina.
Aris: Infide sponse! *Lyc:* Quid obijcis? Tene. En meæ
 In pignora Fidei manum. *Aris:* Deniq; semel....
 Oh superi! Ubi Megacles? *Lyc:* Abijt. *Aris:* Abijt? Rudis
 Ingratus, immemor potuit ut perditam
 Hic me relinquere? *Lyc:* Sponsus hic mansit tuus.
Aris: Humanitas ergo, fides, pietas, amor
 Jacuere pedibus! Improba hæc si nesciunt
 Excindere Capita, quid agunt, o Numina,
 Cælis reposta fulmina?
Lyc: Attonitus hæreo! Loquere. Quis provocat
 Tantas

S E C U N D U S

Tantas tuo de pectore iras? Editio.
Nùm vindicem cupis? Maritus en adest
Tuus. Ecce Lycidas.... *Aris*: Proh Deū! Tu ille Lycidas?
Apage: Procul, procul hinc; meis te obtutibus
Eripe. Caput tu perfide, mali. *Lyc*: Ecq; Reum
Redarguit me culpa? Mens ceū faxea
Immobilis hebet. *Aris*: Me mihi tu diripis.

Barbare, tu solus me funere sternis acerbo,
Tu solus diro vulnere corda fodis.

Nulla quies nobis: nunquam concordia tecum!

Mendacem fugio, monstrificumq; caput.

S C E N A XII.

Lycidas, deinde Argenides.

Lyc: **M**E Barbarum! Hei! Me perfidum vocat? Sequar;
Quale hic latens enigma volvitur, sciam.

Arg: Oho! Siste proditor. *Lyc*: Vigil vera video,

An ludicra in fomis? *Arg*: Nihil te ludricum.

Me me asto, quæ deserta, posthabita tibi

Argenides. Agnosce, perfide, imaginem,

Ubi tamdiū solatium iterat tuum;

Si qua veteris nunc fortè vestigia tenet

G

Formæ.

Formæ: *Lyc:* [Unde prodit ista? Quo tempore, loco
Me adoritur? Hic si cunctor, Aristeia jam
Dilabirur oculis.) Tua,
Formosa Nimpha, haud assequor verba. Poteris
Aliàs loqui commodiùs, quæ intus premis.

Arg: Audi scelestæ *Lyc:* (Perij miser!) *Arg:* Noscere negas?
Benè nosco fallacis ego scelus animi tui:

Fraudes, Amores, omne rescij. Tuum
In dedecus etiam omne Clystenes sciet.

Lyc: Proh! absit. Ausculta. Placida pone impetum

Iræ. Rogo, si tardus agnosco, veniam.

Nunc memini amores. Modo sylentio juves,

Aperiet eventus viam. Fors iterum... adhuc...?

Arg: Maligne, me magis potes laceffere

Injuria? Fors iterum.... adhuc.... Ità loqueris?

Scilicet ego rea, quæ intuli noxam. Pij,

Quem geris, equidem animi specimen erit hic mihi

Quem statuis ad veniã modus. *Lyc:* Mane. Hoc innui....?

Arg: Recede. Nil te volo. *Lyc:* [Quid actum? Occidimus!]

Arg: Non amor, aut spes ulla modò me allectat amoris.

Pœna est in votis. Ultio sola manet.

Ne felix abeat, captata sorte, dolosus

Nil curo, quamvis me gravet ipse dolor.

SCE-

SECUNDUS

SCENA XIII.

Lycidas, dein Amyntas.

Lyc: ME nunquam acrior exedit intima pectoris

Cura. Perij, si nuncia excipitur ibi

Argenides rerum! Insequi abeuntem juvat.

Lenire rabiem..... sed quis interim impedit,

Moratur Aristeam? Amicus unice

Valuisset.... At quò excessit? Exquirere refert.

Opem dabit, solamine Megacles erit.

Amy: Desit Megacles, funere evolvitur atro.

Lyc: Quid ais, Amynta? *Amy:* Vera nimiū. *Lyc:* Quomodo?

Qua causā? Ubi, qui abscidit impius itā

Charos mihi dies? Vade, reperi vindices

Ego repetam pœnas. *Amy:* Quid opus est? Tu necis

Auctor. *Lyc.* Ego? Desipis. *Amy:* Utinam demens fore!

Audi. Hūc ego dūm teneo iter, sub frondibus

Illis dolentis funditur ad aures sonus.

Subsisto. Quā gemitus vocat,

Respicio, & ecce Virum, suo qui cernuus

Iam incumbit ensi. Accurro præceps. Pectori

In fulcra suppono manum, aliaq; subtrahit

Ferrum. At ubi contuens in ora, cognitus

G2

Est

ACTUS

Est mihi Megacles, rese tu,
 Qualis ego, qualis ille subito constitit.
 Postquam brevi hæsit stupida mens. Proh! Quis furor
 Iste novus, ut tibi celeres cuspide necem?
 Hæc moveram, cum primus ille reddidit.
 Jam satis, Amynta, distuli vitam. Hic gravis
 De Pectore trahens gemitus: Excisus ego spe
 Regalis Aristææ, ait,
 Neq; volo, neq; possum, trahere moerens dies!
 Mea duplici lustro stetit ab ipsa salus.
 Me nunc perimit, ignarus at crimine vacat
 Lycidas. Mea est in munus ab ipso data
 Vita mihi rursùm munus abstulit suum.
Lyc: Oh dulcis Afflecka! Postmodum? *Amy:* Hæc ubi dedit
 Dicta, manibus fluxit ocyus meis, uti
 De Parthico vibrata cornu, pervolat
 Stridens sagitta Prospicis eò desuper
 Immane saxum, aquis quod Alphæi imminens,
 Obumbrat amnem? Rapidus adfilit iugo
 Fulguris ad instar. Flumini se jactit. Ego
 Inclamo, sed frustra. Refracta gurgite
 Salit unda, celeres panditur iu orbes, simul
 Juncta rapit imo corpus. Ictu, quæstibus
 Sonuere ripæ, jamq; totus undiq;
 Deliruit. *Lyc:* Ah quam tetrica modo exoritur

Ocu 2

SECUNDUS

Oculis imago! *Amy*: Abibo, saltem exanguia
Præripere membra fluctibus, quibus adeo
Illustris infedit anima. Olli solvere
Suprema funeris officia Amicum decet.

SCENA XIV.

Lycidas deinde Alcander.

Lyc: **U**bi sum? Quis invadit trepida viscera furor?

Tonantis ergo tota præceps vertitur
Ira in caput meum? Megacles? Pro Deum!

Ubi, Megacles, ubi jaces? Orbis tui

Quid ago superstes orbi? Amicum reddite

Iniqua Numina. Rapuistis invida

Mihi comitem, comitem repeto vobis. Dare

Si temnitis, queiscumq; conditur plagis,

Sequar, adero, prædamq; rapiam viribus.

Nil vestra me terrent ruentia nubibus

Fulmina. Mihi satis animus ad mortem, Herculis

Et Thæsei premere vias. *Alc*: Heus! *Lyc*: Per Stygem....

Alc: Heus tu! *Lyc*: Quis es, qui irrumpis insolens meis

Furoribus obex? *Alc*: Regis adsum Nuncius.

Lyc: Ecquid petit Rex? *Alc*: Procul ut inde exul abeas.

Capi-

ACTUS

Capitis reus eris, si Elidis sol occidit
 Tibi. *Lyc:* Hæc mihi iussa? *Alc:* Simulare discito
 Nomina, datam scindere fidem, & fallere dolis
 Reges. *Lyc:* Quid? Audes....*Alc:* Quorsûs hæc? Princeps,
 meum.
 Hoc munus. Exequor, Exequere properè tuum.

SCENA XV.

Lycidas.

SCelerate, totum hunc per jecur ego transigam
 Ensem.... Quid amens eloquor? Quid ago? Meus
 In quem irruit furor? Unus artifex ego
 Mali. Ipse feci solus. Hisce ferrum ego
 Visceribus æquior recondam. Eia morere,
 Miserabilis Lycida.... Ecquid? exterrita metu
 Manus intremis? Quid refugis ictum? Ehu fors quidè
 Extrema rerum! Hoc ultimum excedens malum est.
 Vitæ gravi pertæsus horresco mori.
 Findi interim mihi sentio præcordia,
 Mille laniantibus finum Tortoribus.
 Vulneribus alternis furunt, feriunt, necant
 Vindicta, rabies, amor, Amicitia, pudor,

Pie—

SECUNDUS

Pietas. Quis alter tot fuit contrarijs
Affectibus laceratus, extritus animus?
Metipse nescio, ut queam tremiscere,
Dum terreo minis; Ossibus aduri, & gelu
Rigere: Fundere lacrymas, quoq; dum æstuat
Ira. Appeto mortem, nec ullam reperio
Hac dextera ad mortem viam. Frendeo, gemo.

Nubibus horrendis nigrescunt omnia circum!

Intus agor furijs; Me undiq; spectra tenent:
Ludifica Aleæto lævum ossibus implicat ignem:
Pestiferam fundit corde Megæra luem.



ACTUS.

ACTUS TERTIUS. SCENA I.

Hinc Megacles & Amyntas, in-
de Aristeia, & Argenides.

Meg: **M**E mitte; 'Frustrà obniteris. *Amy:* Sanam indue
Amice, mentem. Pia tuo juvamine

Non semper aderit, crede, Piscantis manus,

Quæ inoxium te præripuit undis modò.

Fastidiunt superi, impio qui despicit,

Durare propitios. *Meg:* Juvamen improbum!

Miseratio tyranna! Qui moritur quoq; ,

Cum vivit, prohibere mori! Amynta, proh Deum!

Desiste. *Amy:* Non equidem, *Ari.* Quid, o Argenides,

Me distines? Sine. *Arg:* Absit. *Meg:* Ultrà nec potest,

Nec debet, Aristeia adempta, ducere

Vitam Megacles. *Ari:* Ubi Megacles occidit,

Me

TERTIUS

Me obire decet. *Amy.* Audi. *Arg.* Morare *Meg:* Quid audiam?

Aris: Quid demorer? *Meg.* Mihi quodlibet jam defuit Solamen. *Aris:* Omnis jam stetit spes mea. *Meg:* Mihi Servare vitam! *Aris:* Distrahere me funere!

Meg: Frustrà laboras. *Ari:* Quæris invanum. *Amy:* Quò abis?

Subside. *Arg:* Misera, quò fugis?

Consiste *Ari:* Sydera! *Meg.* Numina! *Aris:* Megacles!
Meg: Hera!

Aris: Ingrate, me usq; persequeris odio, adeò

Me fugis, ut iterùm in limina

Vitæ revenias, egredi cum indè propero,

Tuas sequens mortis vias,

Individua comes. *Meg:* Vide, in quantum mea

Excrevit, *Aristea,* miseria. Emori

Nequeo; Undiq; mihi occlusus ad Barathrum aditus.

Aris. Sed quæ pia miserta manus incolumem ab aquis...

SCENA II.

Alcander, *Aristea,* *Argenides,*
Megacles, *Amyntas.*

H

Alc.

A C T U S

Alc: Infanus ehu, nefandus, execrabilis.
Aufus! *Aris:* Nova influere forsitan mala,
 Alcander? *Alc:* Ah tuus revixit a nece
 Nunc nunc Parens. *Ari:* Quomodo? *Alc:* Jacerent luctibus;
 Horroremersa quæq; , quæq; barbaro
 Pessundata excidio forent, talem Dij
 Ni prohibuissent providi pestem procul.
Ari: Fare age. Quid actum? *Alc:* Noveris, uti patrio
 De more dictum hunc lusibus, plurima Jovis
 Maculata ad aras victima, coronat diem.
 Dum septus ergo milite, properat pius
 Delubra Clystenes, sacros imponere
 Altaribus honores, diemq; peragere;
 Egressus undè, quo impetu, nescio, viam
 Furialis obsidet, & negat nobis iter
 Lycidas. Tremenda magis mihi nunquam astitit
 Facies. Stat ense accincta fulgido manus,
 Nudata frons, pendet lacer Amictus, comæ
 Sine lege fusæ; ardentibus oculis minax
 Prorumpit obtutus, etiam per luridas
 Arentibus lacrymis genas transfunditur
 Lymphata rabies. Rumpit, urget, infilit
 Custodias. Regem impetit: Morere, fremens
 Inclamat, arrigitq; sacrilegum ad caput

Ensem!

TERTIUS

Ensem. *Ari*: Hei mihi! *Alc*: Nil concidit vultu, loco
 Interritus Rex Rigida figit lumina
 Ipsi in ora, & voce compellat gravi:
 Temerarie, quid audes? Vide, si Principum
 Tutamini advigilant Dij. Hisce vocibus
 Dirrigit ille visu, & iectum jam vibrans,
 Tenet. Stupidus aspectat in Regem. Hinc simul
 Pallere, trepidare, excidere, ferrum manu;
 Atq; ab oculis, minantibus adeo, exsilit
 Luctus *Aris*: Reficior *Arg*. Stultus! *Amy*: Oh male provido!
Ari. Nunc verò quid agit Pater? *Alc*: Habet sub compede
 Vincitum reum. *Amy*: (Ah prætremus inopi si licet,
 Opem.) *Meg*: Quid inquit ad hæc miser Lycidas? *Alc*: Nihil
 Prorsus reponit. Ille morte reus ut est,
 Aut nescit, aut negligit. Obortisq; lacrymis
 Perfusus, ingeminans Megaclem vocibus
 Iterum, iterumq; vocat. Petit omnibus
 Ab omnibus reposcit. Ac veluti suis
 Nil præter affari sciat labris, idem
 Insistit assiduè ore nomen. *Meg*: Non finam,
 Non perferam. Proh si qua pietas, ducite
 Me ducite, meus quò advocat dulcis comes.
Aris: Incaute, quænam te movet sententia?
 Novit Pater, cunctos ut ægeris in dolos

H2

No

ACTUS

Novit Megaclem. Ipse peris, ubi Regi obvius
Prodis, nec alium sospitas. *Meg:* Saltem meo
Cum principe cadam. *Aris:* Silito Nonne satius,
Si me Patri obijciam asperos emolliens
Prece, lacrymis animos? *Meg:* Mihi tantum haud licet
Sperare. *Aris:* Agedum. Id etiam aggrediar utiq; libens.
Meg: O Magnanima, Generosa, lapsisq; miserans
Illustris Aristea. Felices tibi
In æva Superi proferant annos. Benè
Equidem mihi haud mortale genus habita es, statim
Ut te prius produxeras aspectui.
Mea perge lætitia... *Ari:* Satis. Parce, quid opus
Animare? Cogit velle quod velis, tuis
Solum si ocellis placidus intuitum moves.

Me tibi jungit amor, mea tu pars Maxima vitæ;
Qui tibi sunt animi, sunt mihi corde pares.
Si gaudens, si tristis, gaudeo tristior & ipsa;
Et fit velle tuum; velle perenne meum.

SCE

TERTIUS

SCENA III.

Megacles & Argenides.

Meg: **A** Deste, Cælites. Piam omine prospero
Supplicis Heræ prospicite curam. Pater utrum
Tractabilis flectetur? Ignoro penitus.

Urget equidem ad pœnam nimia culpa; sed amor
In Filiam superabit iram; Sin secus?

Væ mihi! Utinam cernere foret saltem integrum,

Ut excipit, ut illam audit. Eminus juvat,

O Argenides, me prosequi. *Arg:* Tantæ tibi

Quid iste curæ est? Concitos, an non vides,

Negare ferre Deos diutius caput?

Mitte abeat ille; Fatum & exerat suum.

Meg: Ego mittam Amicum? Ah infimos non ego gero
Hos abditos Pectoribus animos. Neutiquam.

Dum Fortuna fuit Comiti conjunctus adhæsi;

Hæc quoq; cum periit, non dabo terga fugæ

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,

Tempore sic duro est inspicienda fides.

SCENE

ACTUS

SCENA IV.

Argenides deinde Amyntas.

Arg: Invicta quamvis, & ego miseresco mali.
 Pertentat ira cor. Velim... sed ingemo,
 Dum percitum ira frendet, intonat labrum
 Minas.... Et usq; fractus adeò tuus cadet,
 Argenides, animus? Pudet, dolet, meœ,
 Perjure, perfide, pietatis pœnitet.
 Vaferrimos ego fugiam æternùm tuos
 Inspicere vultus. Execror.
 Videre gestio, dare pœnas pro dolis.
 Vulnere lacer si occumberet mihi ad pedes,
 Nec una ficcis caderet ab oculis super
 Exangve corpus gutta *Amy:* Me miserum! Procul
 Hinc quæ excipit me terra? Lycidæ Lugubris
 Funestat eventus diem! *Arg:* Num deniq;
 Peremptus ille proditor? *Amy:* Necdûm. Brevi
 Sed erit. *Arg:* Amynta, falleris. Habent improbi
 Multiplices ad crimina socios, quibus
 Nunquam juvamen destitit. *Amy:* Vana tibi
 Fiducia blandiris. Actum est. Nemine
 Speranda nunc salus. In ipsum perstrepunt

Jura,

T E R T I U S

Jura, populus conspirat, omnes infremunt
 Terrore Flamines. Caput petit, exigit
 Despecta Majestas. Sacra
 Qui rumpit, ut debita Diis Victimæ cadit.
 Jamq; annuere omnes. Jovis mactabitur
 Ad aram. Aderit offensus ipse scelere Rex,
 Sacrumq; silet Flamini ferrum manu.
Arg: Et quæ data semel, erit ineluctabilis
 Sententia? *Amy:* Quomodò aliter? Album jam Reus
 Velamen induit. Ego vidi, florida
 Aptare ferta crinibus. Vidi ehu dolor!
 Ad templa rapere. Ah forsitan astat, forsitan,
 O Argenides, nunc nunc bipennis amputat,
 Sangvine madens, venas. *Arg:* Neci o quis Principem
 Eriperet? Infelix! *Amy:* Quid hîc luctus valet?
Arg: In tempus Aristeia non cita adfuit?
Amy: Adfuit at obtentum nihil. Negat, aut nequit,
 Annuere Pater; *Arg:* Ecquid Megacles? *Amy:* Obvius
 Incurrit ille miserrimus Custodibus,
 Qui cursitabant undiq; ad captum ipsius.
 Efflagitat vinctus mori in Lycidæ locum;
 Quod si sceleris & ipse non foret nocens,
 Rata fierent vota. Vetitum sed legibus
 Pro fonte fontem perimere. - *Arg:* Temen ausus est!

Iuvi-

ACTUS

Inviſte, Magnanime! Ego tantæ conſcia
 Virtutis haud rubeo pudens?
 Teneſt ergo firmiuſ, magis quàm amor, unicè
 Pacta ſocietas? Quot quot æmula ſtimulis
 Me ſuſcitāt virtus! Age; Extendere juvat
 Faëtis decus. Memorata longiùs omnium
 Argenides eat per ora virũm. Meam
 Quiſq; ſtupēat, quiſq; miſeret ſortem, & meo
 Luctibus in orbe Nomini inferias ferat.

Irruit ignotus menti, totamq; pererrat
 Ardor. Adeſt Numen, Numine peëtus agit.

Accenſa feror, me me ipſa reddita major.

Nil animus vittas, vincula, ferra pavet.

Pallentes Erebi formas, mortisq; Miniſtras

Proxoco; Vos ipeëtō. Siſtitis? Ipſa ſequar.

SCENA V.

Amyntas.

ARripe fugam; Infauſtis, Amynta, exi plagis.

Ubiq; luctus, ubiq; pavor, & plurima
 Imago mortis.... At abſq; Lycida quòdhu dolor!

Quò

TERTIUS

Quò solus ibo? Parvulum ilum pertuli
Jugi labore Alumnus. Ignoto ex Patre
Ad regias eduxeram cunas. Qveam,
Nunc verò linquere? Non ità. Tempia repetam;
Stat ire contrà audentius læsi probro
Regis minacem iram. Suo me crimine
Lycidas trahat. Dolo consumptus cadam;
Sed propè latus cadam, dies secum obserans.
Navita sum veluti spumosis ætus in undis;
Luctans cum letho, quod stat in ora propè.
Nunc oculis fydus, manibus nunc ligna recedunt;
Spem jacet, & credit corpora fessa mari.

SCENA VI.

Clystenes, Lycidas albo velamine
indut9 & florea cinctus corona,
Alcander, Chorus Sacerdotū.

Chorus.

NUMinum tu Magne Parens Olympi,
Principum tu Maximum in Orbe Numē,
Contine proh! fulmina, queis superbas
Concutis Urbes.

I

Pars

ACTUS

Pars Chori. **I**mpii perfusa cruore sumet
Ara, tanto qui temeravit ausu
Vultum, ubi Rectoris imago splendet
Alta Tonantis.

Chor. **N**uminum tu Magne Parens Olympi,
Principum tu Magne in Orbe Numen,
Contine pro! Fulmina, queis superbas
Concutis Urbes.

Pars. **H**ic paret tandem, Stygiæ Paludis
Pallidas tranare scelestus undas:
Crimen, & nostrum rapiat timorem
Flumine secum.

Chor. **N**uminum tu Magne Parens Olympi,
Principum tu Maximum in Orbe Numen,
Contine pro! fulmina, queis superbas
Concutis Urbes.

Clys. **M**iserande puer, extrema jam vitæ tibi
Incumbit hora. Me tui [peream Jovis
Telis adactus, si quid ingenuum minus
Ore fero.] Me tui miseret irâ, flectere
Ut neq; potis sim lumina tibi. Utinam tuum
Ignoscere, aut simulare licuisset scelus!
Sed nequeo, Fili. Me tenacem juris hîc
Posuere custodem. Meis concredita est

Ille —

TERTIUS

Illæsa manibus iustitia, eadem quoq;
 Illæsa Successoribus
 Tuenda, pænâ vindice premendo reos.
 Regnantis est ut congruum, sic pergrave
 Munus, *modum ne transeat clementia.*
 Tibi petendum si quid ultimò subit,
 Expone. Do Fidem, fidelis exigam.
 Dic, Nate, quæ velis, dein
 Resolve placidis mortis umbris lumina.
Lyc: Pater, (Patris namq; mihi sunt, non Judicis,
 Aut Regis hæc dicta :) Veniam non expeto,
 Non mereo, non spero, & datam ultrò respuo:
 Tot adeò fors squaloribus mihi dies
 Contaminavit improba, ut vitam horrëam,
 Non funus. Unum precibus insto, quàm priùs
 Solvatur animus: Affeciam
 Videre. Quoniam superat, extremum rogo:
 Da, jungere amplexus semel, cuncta dederis;
 Alacer ad umbras indè transeo. *Clys:* Nil moror.
 Heus, milites! Hùc citò Megacles. *Alc.* Tu modò
 Ploras, Domine? Violenta quæ Pectus agitat
 Misericordia? *Cly:* Metipse miror obstupens,
 Quæ, Alcander, experio. Imago, lumina,
 Vox ipsa Juvenis ad ima penetrant viscera,

ACTUS

Totūmq; me pererrat ossibus tremor,
Sangvisq; formidine coit! Causam inscius
Mecum voluto, sed abdita magis me fugit.

Quid talibus portenditis, Dī, motibus?

Palpitat, & magnum secum præsenti amorē

Cor; sed nescit: Amor quid notat, unde venit.

Non animis tantam facilis Clementia fleēti

Affectū pugnam sola ciere valet!

SCENA VII.

Megacles, Clysthenes, Lycidas,
Alcander.

Lyc: Accede, memorandum per æva strenuæ
Firmæ fodalitatis Exemplar. Veni

Dilecte, chare adsis Megacles. *Meg:* Proh dolor!

Qualem te ego, miserande Princeps, reperio?

Lyc: Te post ubi superesse video, nil gravat

Mori. *Meg:* An ego superem, quid refert, si prohibeor

Mori, ut ipse vivas? Sed diū non distrahar

Tibi. Unus ad umbras patebit exitus

Utriq;. *Lyc:* Dulcis o meis, usq; licuit,

Et

T E R T I U S

Et Gaudiis, & Luctibus
 Receptus, adstrictus comes, jam cogimur
 Mutuò revelli. Extrema quoniam defluunt
 Momenta, fidam hanc exhibe dextram, & meos,
 Quos do, tene novissimos
 Morientis affatus. Fruere, sit jussibus,
 Sit precibus impositum, fruere Vita. Meum est
 Votum. Pia tu mihi manu occlude miserans
 Lumina, mei memor esto. Cretam regredere,
 Meum adi Patrem.... [Infelix Pater! equidem tibi
 Non ista credis apparari funera!)
 Ah tempera narrando tragici nuncium
 Casus! Juva miserum, solare, fove senem;
 Commissa cura tibi manet.
 Absterge, si plorat, volutas pallidis
 Lacrymas genis; Atq; Pater orbus Filium
 Si quærit, in te redde Filium Patri.
Meg: Non plura. Corruo dolore percitus!
Cly. Hei! finditur anima! Ferre deficit impotens!]
 Alcander, aspice, ut ora contingunt sibi,
 Fusos ut inter utrinq; fletus, oscula
 Suprema repetunt, langvida simul duplicant
 Suspiria, & pressi invicem complexibus
 Hærent. Teritur humana pietas! *Alc:* Æfluit

Hora

ACTUS

Hora Domine, sacro statuta. *Cly:* Sacrati Viri,
 Heus! Corripite jam Victimam: Vos milites
 Subducite Hominem. *Meg:* Barbari! Ah vobis mihi
 Nunc est mei revulsa pectoris anima.
Lyc: Dulcis comes; *Meg:* Dilecte Princeps. *Lyc:*
 & *Meg:* Vale, vale.

Chorus: Numinum &c

Clys: Juppiter Omnipotens, qui res Hominumq; , Deumq;
 Æternis regis imperiis, & dirigit æquus:
 Cujus ad imperium contorquet lumina Phebus,
 Concutitur tellus, totusq; tremiscit Olympus,
 Contrahit, & laxat tumidas mare fluctibus undas;
 Principium finē principio, Acti & Agentis Origo,
 Qui subiecta tuo præsentī Numine complex,
 Grata tibi veniat, quæ Victima cæditur aris;
 Et correpta manu lucentia fulgura sistat.

SCENA VIII.

Argenides, Clytēnes, Lycidas,
 Megacles, Alcander.

Arg: Absiste, Domine, absistite Ministri *Clys.* Oh nefas!
 Tu Nympha, nescis, quale deturbas opus?

Arg:

T E R T I U S

Arg. Quin asto, ut exorata magis adsint Sacro
Numina Jovis. Venit ultrò Victima innocens,
Quæ audet, & avet pro fonte spontanea mori.

Cly. Quæ? *Arg.* Me me habes. *Meg.* (Oh solida per
tempora Fides!)

Lyc. [Meæ oh solutæ conscius fidei pudor!]

Cly. Benè noris, ut sequior nequit pro masculino

Sexus mori *Arg.* Mori at benè licet Conjugem

Pro Coniuge. Ità se se data libens funeri

Alcestis Admeto potuit addere dies.

Nunc stat receptum lege, quod consulit amor.

Cly. Quid inde? Num fortè Lycidæ te Conjugem

Facis? *Arg.* Ipse cum dextra mihi addixit fidem.

Cly. Tuis, Lycori infaniam velis nugis.

Tu regio conjuncta sanguine, quæ ovium

Ignobilis agis..... *Arg.* Non ego

Ignobilis, non ego Lycorides. Meum est

Argenides nomen. Mei in Creta nitet

Vetusta gloria generis.

Pro teste Lycidam adhibe, fidem si mihi suam

Sacraverat Lycidas. *Cly.* Loquere, Lycida. *Lyc.* (Pium est

Si mentior) Vana loquitur.

Falsum. *Arg.* Ecquid? Inficiaberis etiam? Inspice

Ingrate; Tua, si me negas, nosce decora.

Id

ACTUS

Id lapidibus textum monile, quo tuam
Firmaveras Sponsi fidem. Subeat modò,
Te mihi manu instruxisse propria finum.

Lyc: [Ah vera nimium protulit!]

Arg: Signa, Domine, intuere. *Clys:* Pellite Feminam.

Arg: Vos populi, Amici, vos sacriati Flamines,
Æterna Numina, si qua circumstant Sacrum,
Obtestor, adiuro, Lycidæ vivo data
Sponsa. Lycidæ oppetam loco. Neq;.... Adveni,
Succurre, Domina. Tuus inexorabilis
Perstat meis precibus Pater.

SCENA IX.

Aristea, Clysthenes, Argenides, Lycidas,
Megacles, Alcander.

Aris: **M**iseresce meritam Genitor. *Clys:* Ergo me decet,
Furore, credulitate desipere pari?

Effare, contrahe sed brevi dicta. *Arg:* Syleo.

Suo fatentur ore Gemmæ. Fulgurant

In Elide hisce insignibus Nymphæ? *Cly:* Hei mihi!

Quid specto? Textile noscis, Alcander, decus?

Alc: Si nosco! Torques hic ille, quem collo tuus

Dum undis dedi gestabat in fans Filius.

Cly.

T E R T I U S

Cly: Lycida [chu gelant ossa!) Lycida, surgito; vide:
 Num retulit a te hoc illa munus? *Lyc:* At mori
 Prohibenda nil minus. Fuere vocibus
 Pollicita tantum data., neq; Sacros addidit
 Nodos Hymen. *Cly:* Id expeto solum, Tuum
 Si munus est. *Lyc:* Equidem meum. *Cly:* Ecquã dexterã
 Tibi obvenit? *Lcy.* Amyntas dedit.
Cly: Quis iste Amyntas? *Lcy:* Ille, cui meæ Pater
 Etatis annos credidit. *Cly:* Et ubi manet?
Lyc: Mecum Elydem petiit, simul agit Elyde.
Cly: Quærite citi, adducite Hominem. *Arg:* State; Ipse adest

S C E N A U L T I M A.

Amyntas, Clysthenes, Aristeia, Argenides,
 Lycidas, Magacles, Alcander.

Amy: **A**h Lycida!... *Cly:* Adesto; Repone, mendaci & cave
 Nos fallere ore. Unde tibi tale deditum est
 Monile? *Amy:* Jam ter quinquies, Domine, annum
 Sol vertit orbem, incognitã quò mihi manu
 In munus habui *Cly:* Tunc ubi loci aderas? *Amy.* Eò
 Quò propè Corrinthum miscet undas æquori
 Asopus amnis. *Alc:* [Ah profectò cognitas
 Prius in Homine nunc nunc retego vultus notas!
 Haud fallor; Ipse est.] Veteris ah, Domine, reum
 Me dico criminis. Placidus ignoscito,
 Cuncta referam. *Cly:* Surge, loquere. *Alc:* Maris non ego

K

Ut

ACTUS

Ut iusseras, obseci aquis Puerum; Meum

Vicit animum pietas. In oculis hic stetit;

Ignotus advena. Pignus ipsi tradidi,

Sub spe, quod exteris remotum aleret plagis.

Cly: At ille, Amynta, puer ubinam destitit?

Quam nactus ille postmodum sortem? *Amy:* Hunc ego.

(Ah quale cogor prodere arcanum!) *Cly:* Notar

Ora tacitus pallor. Scelestæ, eia loquere.

Redde. Puero quid inde factum? Tu scelus

Sceleri aggeras silentio. *Amy:* Coram tenes.

Ecce, Lycidas est. *Cly:* Quomodo? Nonne Lycidas

Cretensis est Regale German insulæ?

Amy: Cunabulis verus obiit Princeps. Ego

Cretam reversus Bambulum mecum tuli;

Orboq; Regi in munus obtuli. Loco

Deperditæ suscepit oblatam: & meis

Ipsc, monitis eduxit ad Diademata

Prolem. *Cly:* O superi! En hic Philintus Filius

Ecce meus! *Aris:* Oh Juppiter! *Lyc:* Ego tibi Filius?

Cly: Non aliter. Uno tu es mihi partu editus

Gemellus Aristæ. Apollinis fuit

Oraculo cautum, mari te perderem

Objectum ad undas, Filij

Ni unquam periret ense jugulatus Parens.

Lyc: Intellego nunc, unde dirigit tuam

Minitans necem manus *Cly:* Patet equidem, pia

Quæ

TERTIUS

Quæ me remordit cura, quando obtutibus
Hæsi tuis. *Amy*: O sorte cumulatus Parens!

Alc: Plures simul hodie facere lætos vales.

Cly: Æq; velim. Velim Philinti Argenides,

Megaclis Aristeia mox Conjuga foret;

Meus at Philintus morte constitit reus.

Meg: Si Filius Clystenis, haudquaquam est reus.

Cly: Quid? Forsan impunè licet fas & nefas

Omne mihi? Quisq; hic astat invictæ dare

Virtutis illustre specimen; Ego unus animos

Fractos geram? Ah nunquam pari obnubat nota

Meum in orbe Fama nomen. Heus Viri! Sacros

Ad Numen instaure super aris focos.

I, morere Nate. Te sequar. Post tua brevi

Fata & ego persolvam mea.

Amy: Quàm barbarè justus! *Alc*: Rigida virtus nimis!

Meg: Desiste. Nullum tibi, Domine, plectere reum

Jus. Sycionide, non Olympiæ inperas.

Consumpta, cui jam tu arbiter preeras, dies.

A publico pendet reus voto. *Cly*. Probè;

Suffragiis ergo stet ille publicis.

Pro fonte non rogò, non jubeo, non consulo.

CHORUS.

Surreptum morti solvite fontem,

Innocuam Patri reddite Prolem;

Ne sternant Patrem Funera Nati,

Polluat aut lucem sanguine cædes.

WBP Kielce
mw 731

KSIEGOTBIÓR
SANCYENIOWSKI.

CONCLUDITUR PROLOGUS.

Amicitia & Amor.

Amic: **A** Dsum incolumis erepta telis prospero
Numine. Jacent conscissa... Quid spectro? Novis

Me celerat hostis impetere viribus Amor.

Aude. *Amor.* Venio prætere Domitus tibi

Pacem. Tuus ero imposterum addictus comes.

Amic: Tantum licet sperare? *Amor.* Comperi, mea

Plusquam arma potuisse sociam pectore fidem.

Me dedo. *Amic:* Jo triumphe! Pete propera meos

Dilecte in amplexus. *Amor.* En jacula, queis vagus

Citos solebam sæpè consternere Procos,

Vincula, catenæ & hic Amantium gravis

Concretus humor fletibus, quæq; rapuit

Cupido Cordium spolia, cuncta profero,

Sacro cuncta per sæcula Deæ

Fidus Amor. *Amic:* Oh quantum mihi grator! *Agite*

Fortiter, ad ultimum invalet nescia capi

Virtus. *Amor.* Amicitia! *Amic:* Amor! *Amor.* & *Amic:*

Ah vivat animis,

CLAREAT, ET REGNET TEMPUS IN OMNE

FIDES.

